Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Hec tamen accepto quia te puto religiosum
Ut liceat patribus participare tuis
Illico brunellus pretium numerat et illa
Nugis vasa decem plena recepit ibi
Quodque magis fiet stabilis contractus utrumque
Nomen vendentis poscit et ille refert
Lundoniis natus Gila de matre parente
Nomine truffator nuncupor ergo meo
Gula mihi soror est multis notissima regnis
Est et truffa mihi federa iuncta thoro
Nec minus ipse tuum nomen mihi dicere dignum
Duxeris ut memori mente tenere queam

Inanis iactantia brunelli

Nomen brunellus mihi stat rendit asellus
Notus ubique satis nomine reque sunt
Principibus regum notus et regibus ipsis
Sermo simili condicione carens
Et pater et patruus regum de iure ministri
Semper erant et erit tempus in omne suum
Regis in obsequium successi iure patris
Indiget officio curia tota meo
Obvius ipse mihi si rex quandoque feratur
Cedit et incedo rege ferente locum
Est tamen una mihi multum contraria pestis
Rusticus in iunctis exitiale malum
Semper enim stimulos gerit et nodosa flagella
Aut graditur cambus cinctus utrumque latus
Sunt pre exosus meus extitit atque parentes
De quo meo tempore quietus in orbe fuit